

a) *In nomine Domini Amen*



*UNCTIS* ubique pateat evidenter ac notum sit quod Anno a. e. *Salvita-*  
*te* Domini e. *Nostri* Jesu Christi *MDCCLXXXIII.* die vero  
*Decima* e. *Mensis* Decembris Pontificatus autem e. *Sanctissimi*  
*Domini e. Nostri* Pii Pape e. *Sexti* anno Nono = Ego Officialis de-  
 putatus vidi et legi sub Plumbo quaedam *Litteras* apostolicas ut  
 moris est *Romane* curie expeditas tenoris sequentes videlicet =  
*Pius* Episcopus e. *servus e. servorum* Dei ad futuram rei Me-  
 moriam *Quantum* Catholice *Ecclesie* e. *Seminariorum* profi-  
 cue sint *Institutiones* in quibus *Adolescentes* iuxta eorum indo-  
 lem et voluntatem *Ecclesiastico* e. *Statu* e. *Sacerisque* *Ministeriis*  
 inservituri antequam alicuius vitii *labes* eos pertingat in *Fiditate*  
*Religione* e. *Scientiis* e. *Sacerisque* *Ceremoniis* in *formantur* provi-  
 de *concoerantes* ne ob eorum *reddituum* ad *onera* *ferenda*  
*imparium* *debita* in illis *disciplina* et *Personarum* ac e. *Ma-*  
*gistrorum* inibi *degentium* congrua *substantatis* in aliquo *desi-*  
*ciat* preter ea *juxta* *providam* *sanonicarum* e. *Sanctionum*  
*dispositionem* *proposita* alia etiam *Authoritatis* *Nostre* *presidio*  
*subministrare* non *omittimus* *media* que e. *Seminariorum* *eo-*  
*rum* em *indigentis* fore *conspicimus* *opportuna* *Hinc* est quod  
 Nos qui *hodie* *Parochialem* *Ecclesiam* *Sancti* *Christophori*  
*Terre* e. *Montis* *Philoptrani* *Auximan* *Diocesis* de qua alia *tunc*  
 per *obitum* quondam e. *Sanctis* *Coppari* dum *viceret* illius *Ecclesie*  
*Rectoris* qui ut accepimus de *mensis* *Julii* *proxime* *preterito*  
 extra *Romanam* *Curiam* *diem* *clausit* *extremum* *dilecto* *filio*



Nostrum Guidonem Tituli Sancte Marie Transpontine nuncupat.  
Sancte Romane Ecclesie Presbytero Cardinale Alcagnini nuncupato  
Ecclesie Auximan ex Concessionem et dispensationem Apo-  
stolicis Presule existente ac Indultum conferendi omnia et  
singula Beneficia Ecclesiastica Civitatis et Diocesis Auximan  
pro tempore vacantia Nobis et Sedis Apostolice reservata Apostoli-  
ca sibi auctoritate concessum habente vacante dilecto filio  
Antonio Cusini Presbytero Auximan Diocesis prefate sub  
conditione tamen consentiendi reservationi in prescripto Pensionis  
vigore dicti Indulti provisum fuit eidem Antonio per alias  
nostras Litteras per viam Nove provisionis auctoritate nostra  
gratiose conferri et assignari mandavimus prout in dictis Lit-  
teris plenius continetur Ut et Seminarii Puerorum Ecclesiastici  
Civitatis Auximan status et indigentis facilius occurratur  
eidem Seminario de alicuius subventionis auxilio providere  
et dilecto quoque filio moderno eiusdem Seminarii Rectori  
specialem gratiam facere volentes dictumque modernum prefa-  
ti Seminarii Rectorem a quibusvis Excommunicationis et suspen-  
sionis et Interdicti aliisque Ecclesiasticis sententis Censuris  
et Penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis  
si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presen-  
tium tantum consequendum harum serie absolventes et abso-  
lutam fore consentes eidem Seminario et pro eo prefato

moderno et pro tempore existenti illius Rectori vel eius Procuratori  
legitimo Pensionem annuam ad viginti annos proximos tantum  
et non ultra duraturam ab omnibus et quibuscumque oneribus ordi-  
nariis et extraordinariis Apostolica etiam auctoritate nunc im-  
positis et pro tempore quomodolibet imponendis ac alias in-  
omnibus et per omnia et omnino quoad omnia liberam immu-  
nem et exemptam Triginta quatuor Ducatorum Auri de Came-  
ra et Juliorum quinque monete Romano super omnibus et  
singulis dicti Parochialis Ecclesie fructibus redditibus et pro-  
ventibus certis et incertis ad Centum quadraginta Ducatos  
auri pares annuatim ut asseritur descendentes Seminario  
prefato et pro ipsius Rectori pro tempore existenti vel Pro-  
curatori prefato dictis viginti annis proximis tantum et non  
ultra duraturantibus ut prefertur per dictam Antonium cuius ad  
hoc expressus accedit assensus et successores suos Parochialem  
Ecclesiam prefatam pro tempore quomodolibet obtinente annis  
singulis duabus equalibus solutionibus pro una videlicet in Nativi-  
tate Sancti Joannis Baptiste a proximo ventura incipien-  
et altera mediocritate dicti Pensionis in Sancti Joannis Evan-  
geliste immediate sequentibus Festivitatibus et sic successive  
de anno in annum de termino in terminum durantes dictis  
viginti annis vigore tamen earundem presentium nec ali-  
as alioquin presens reservatis nulla sit eo ipso Et dummodo



ex fructibus redditibus et proventibus dictae Parochialis Ecclesie illius Rectori pro tempore existenti centum Ducati Auri de camera similes liberi etiam deductis omnibus illius oneribus annuatim remaneant integre et absque ulla etiam minima diminutione ac sub obligatione omnium et singulorum Bonorum dicti Antonii eiusque Heredum et Successorum etiam in dicta Parochiali Ecclesia nec non eiusdem Parochialis Ecclesie fructuum reddituum et proventuum in forma Iuris valida persolvendam et per dictum modernum et pro tempore existentem Seminarium prefatum Rectorem durantibus prefatis viginti annis proximi tantum et non ultra percipiendam exigendam et levandam ac in Seminarium prefatum utilitatem et indigentiam et non in alio usus convertendam eadem Apostolica Auctoritate ipsarum tenore presentium reservamus constituimus et assignamus Decernentes dictum Antonium et Successores prefatos ad integram solutionem Pensionis per presentes reservate huiusmodi dicto Seminario et pro eo moderno et pro tempore existenti eiusdem Seminarium Rectori faciendam iuxta reservationis constitutionis et assignationis prefatarum tenorem fore efficaciter obligatos ac volentes et eadem Auctoritate et statuente quod illi ex dicto Antonio et Successoribus

prefatis qui in dictis Festivitatibus vel saltem intra triginta dies illarum singulas immediate sequentes Pensionem prefatam per eum ipsi Seminario et pro eo Rectori prefato tunc debitam non persolverit cum effectu lapsis diebus eisdem excommunicationis incurrat a qua donec dicto Seminario et pro eo Rectori prefato vel eius Procuratori Legitimo de Pensione per presentes reservata prefata tunc debita integre satisfactum aut alias cum dicto Seminario vel pro eo Rectore vel eius Procuratore prefatis super hoc amabiliter concordatum fuerit preterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes Pensionem ipsam animo quod absit sustinuerit indurato ex tunc effluxis mensibus eisdem dicta Parochiali Ecclesia perpetuo privata existat illaque vacare conseatur eo ipso Non obstantibus felicitis recordationis Benedicti Papae decimiterti Predecessoris nostri Pensiones annuas super Parochialium Ecclesiarum fructibus reservari prohibente aliisque constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque seu si dicto Antonio et Successoribus prefatis vel quibusvis aliis communiter aut divisim ab eadem sit Sed Indultum quod ad prestationem vel solutionem pensionis alicuius



minime teneantur et ad id compelli non possint per Litteras Apo-  
stolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum  
de Indulto huiusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum  
liceat hanc paginam nostre absolutiois reservationis Constitu-  
tionis et assignationis Decreti Statuti et Voluntatis infringere  
vel ei ausu temerario contrahere si quis autem hoc attemptare  
presumpserit Indignationem Omnipotentis Dei ac Beato-  
rum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum  
Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis  
Dominicæ Millesimo Septingentesimo Octogesimo tertio  
Quinto kalendas Decembris Pontificatus nostri Anno No-  
no = loco J. Plumbi = Simili modo = Pius Episcopus ser-  
vus servorum Dei dilectis filiis Magistro Petromarino Nigro  
no in utraque signatura nostra Referendario ac antiquo  
Canonico Ecclesie Auximanæ et Vicario Venerabilis Fratris  
nostri Episcopi Auximanæ in spiritualibus generali salutem  
et Apostolicam benedictionem Hodie cum Nos Parochialem  
Ecclesiam Sancti Christophori Terre Montis Philoptrani  
Auximanæ Diocesis certo tunc expresso modo vacantem dilecto  
filio Antonio Fusini Presbytero per quasdam perviam nove  
provisionis auctoritate nostra gratis conferri et assignari  
mandavissimus Seminaris Puerorum Ecclesiasticæ civitatis

Auximanæ et pro eo dilecto etiam filio moderno et pro tempore  
existenti illius Rectori ut eiusdem Seminaris Statu et indi-  
gentiis facilius occurrere possit Pensionem annuam eorundem  
modo et forma tunc expressis liberam immunam et exemptam  
ad viginti annos proximos tantum et non ultra duraturam  
Triginta quatuor ducatorum auri de Camera et Juliorum  
quinque in moneta Romana supra dictæ Parochialis Ecclesie  
fructibus redditibus et proventus eorundem et incertis per di-  
ctum Antonium et Successores suos Parochialem Ecclesiam  
prefatam pro tempore quomodo libet obtinentes annis  
singulis in certis terminis similiter tunc expressis sub Excom-  
municationis sententia et deinde privationis pena integre  
observandam expresso dicti Antonii ad hoc accedente con-  
sensu per alias nostras respectivo Litteras Apostolica Auctori-  
tate reservavimus constituimus et assignavimus prout in  
Litteris prefatis plenius continetur Quocirca discretioni  
Vestre per Apostolica Scripta mandamus quatenus Vos  
vel duo aut unus Vestrum si et postquam dictæ posteriores  
Littere vobis presentate fuerint per vos vel alium seu alios  
faciatis auctoritate nostra Pensionem prefatam dicto Se-  
minario et pro eo illius Rectori vel eius Procuratori legitime  
iuxta reservationis constitutionis et assignationis prefata-  
rum ac Decreti nostri in eisdem posterioribus Litteris apposi-



ti continentiam et tenorem integre persolveri et nihilominus  
quomolibet ex Antonio et Successoribus prefatis quam  
huiusmodi Excommunicationis Sententiam incurrisse  
vobis constiterit quoties super hoc pro parte Seminarii vel  
eius Rectoris prefatorum fueritis requisiti tandiu Dominici  
et aliis festis diebus in Ecclesiis suis dum major inibi populi  
multitudo ad Divina convenit Excommunicatum publice  
nunciatis et faciatis ab aliis nunciari ac ab omnibus arctius  
vitari donec Seminario vel eius Procuratori prefatis  
de Pensione huiusmodi tunc debita fuerit integre satis-  
factum ipseque Excommunicatus ab huiusmodi Ex-  
communicationis Sententia Absolutionis beneficium  
meruerit obtinere Contra dictores per Censuras Eccle-  
siasticas appellations postposita compescendo non  
obstantibus omnibus que in dictis posterius Litteris  
voluimus non obstare et si Antonio et Successoribus  
prefatis vel quibusvis aliis communiter aut divisim ad  
eandem sit eadem Indultum quod interdicti suspendi vel ex-  
communicari non possint per Litteras Apostolicas  
non facientes plenam et expressam ac de verbo ad ver-

bum de Indulto huiusmodi Mentionem Datum Romae  
apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae  
Millesimo Septingentesimo Octogesimo Tertio Quinto  
Kalendas Decembris Pontificatus nostri Anno Nono =  
Loco S. Plumbi = Super quibus Litteris Apostolicis ego  
Notarius publicus in praescriptis presentibus Transumptum  
confeci atque subscripsi presentibus Dominis Thoma  
Thignardi et Dominico Salustio Testibus.

Concl. N. J. Reg. ad S. J. Dej  
S. J. P. P. P.



Ita est Franciscus Livije Notarius Apostolicus



*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely from the 17th or 18th century. The text is mirrored across the gutter of the book.]*

Istituto Campana Osimo ®





Registrat. in hac <sup>die</sup> ~~anc.~~ <sup>epi</sup>  
Auximi in solito libro intitulat.

Pensione di sc. 60

Registro di Bolle sub pagina 236.

in fidei <sup>8</sup> Auximi hac die 30.

Xbr/ 1783.

Dominicus Amodici <sup>die</sup> ~~anc.~~ <sup>epi</sup>

B num: 8.

Bolla di una Censione di sc. 60 l'an-  
no riservata a favore del sem:  
per anni 20 sulla Chiesa parro-  
chiale di m: Filorosso, la qual  
Bolla fu spedita li 10 Xbr 1783.

Istituto Campana  
di S. Cristoforo